Irruerent in eum. Quomodo non irruerent in eum, cum Dei verbum ſit cibus reficiens animam. 63.44.45.& 64.46.47

Aſcendens in vnam nauim, quæ erat Simonis Petri. Cur nauis dicitur potiùs Simonis Petri, quàm Andreæ; quia Petrus præficiendus erat vniuer- Eccleſiæ. 100.177.& 104.202.203

Rogauit eum. Non impetrauit, non coëgit, ſed placidè, ac benignè rogauit, magis alliciens benignitate, quàm cogens rigore poteſtatis. 248.34

Ex nauicula docebat eos. Cur non potiùs è cathedra in Synagoga? Chriſtus propenſior erat in noſtrum commodum, quàm in ſuam gloriam. 139.55.& 299.83.& 430.38.39

Sedens de nauicula docebat eos. Quid de nauicula docebat, non explicatur, ſanè ea docebat, quæ vniuerſæ naues nos docent, quod ſcilicet ſi ſint oneratæ, pereunt. D. Baſil. in cap. 2. Iſai. *Quemadmodum*, ait, *naues onere immodico degrauatæ facile ſubeunt naufragium, pari ratione corpora quæcunque redundanti alimonia, ad obeſam carnulentiam deuergunt, per voluptatum illecebras in imam voraginem perditionis immergantur.* Homo vitij onuſtus in profundum labitur. 542.21.22.23. Vel etiam, quia peccatum grauiſſimum onus eſt. 199.79

Sedens de nauicula docebat. Docebat fortè hunc mundum mari aſſimilari, in quo erat nauicula, mare inconſtans, & quid hoc mundo magis vitreum, & fragile. 550.75.& 403.67

Rogauit reducere à terra puſillum. Qui prædicat cæleſtia, habeat animum ſeparatum à terrenis, vt doceat verbis, & factis. 164.236.237

Dixit ad Simonem, duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam piſcium. Ad quæ verba eleganter Theophylactus: *Turbam de nauicula Dominus inſtruxerat, non ſine mercede, Dominum nauiculæ dereliquit. Dupliciter benefaciens illam, primò quia dedit ei multitudinem piſcium, deinde diſcipulum ipſum fecit.* Quæ in Dei obſequium damus cumulatiſſimè, remunerat Dominus. 562.148.149.& 581.18.19

In verbo tuo laxabo rete. Dei verbo maximè obediendum. 159.201.202.203

Concluſerunt piſcium multitudinem. Quod erat maximo gratum, cum præter ſpem eueniſſet. 95.141

Concluſerunt piſcium multitudinem. Petrus iuſſu Domini laxauit rete. Perfectè obediens habet ſuum præmium. 346.57

Cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem. Petrus ſolus dixit, laxabo, omnes tamen miniſterium exhibent, quod ſuperior præſtat, facile & ſubditi præſtant. 207.1.&372.58.59.60.& 543.30

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua. Hucuſque nudè Simon dictus eſt, hic autem nomen Petri adiicitur, procidit nunc ad Ieſu genua oſtendens ſuam humilitatem, quæ eſt fundamentum virtutum, & qua ad alta ſublimatur. 576.64 65.66.& 195.49.& 197.63

Dominica 5. poſt Pentecoſten.

Matth. 5.

NIſi abundauerit iuſtitia veſtra. Vt explicat D. Auguſtinus lib. 2. de ciuitate Dei. Iuſtitia Phariſæorum erat dicere, & non facere; veſtra autem iuſtitia in hoc erit ſuperabundans, vt quod ore dicitis, operibus adimpleamini. 164.236.237.& 653.64.65.66

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra. Chriſti diſcipuli multo maiora dona, quam Phariſæi acceperunt; inde multo maior bonorum operum copia ab eis requiritur. Qui enim maiora dona accepit, maiora præſtare tenetur. 506.107. & 108

Non intrabitis in regnum cælorum. Ex pœna appoſita fit homo cautus, vt fugiat peccata, & iuſtitiam ſeruet. 44.15.16

Non intrabitis in regnum cælorum. Hanc comminationem profert Dominus in ſuos diſcipulos, cum quibus loquebatur, qui Principes erant conſtituti, vt inde cæteri inſtruerentur; pœna enim magnorum eruditio eſt minorum. 868.32.33.34

Qui iraſcitur fratri ſuo. Ira excæcat mentem, ne videat beneficia conſanguinitatis, ac coniunctionis. 252.55.56.57

Qui dixerit fratri ſuo fatue. Grauiſſima nota eſt homini, quod fatuus, ac ignarus dicatur. 10.57

Reus erit gehennæ. Qui iniurias profert in fratrem. 230.69.& 800.49.50.51

Reus erit gehennæ. Gehenna triſtitiæ vallis interpretatur; & maximè cohæret; nam omnia oblectamenta, ac gaudia huius mundi in triſtitiam vertuntur. 542.21.22

Si offers munus tuum ad altare. Qui vnionem, ac pacem cum fratre non obtinet incapax vt Deo placeat, ac illius dona obtineat. 214.48.& 215.53.& 474.27.& 587.52.53

Relinque munus tuum. D. Chryſoſtomus ibi: *Vide miſericordiam Dei*, ait, *quomodo hominum vtilitatem, amplius aſpiciens quam ſuos honores; dicit enim, vade primum reconciliari fratri tuo, tanquam ad illum vade, vnde ego libenter contemnor, libenter honoris mei patior damnum, vt vos in amicitiam veniatis.* Immenſa Dei bonitas magis quærit noſtram vtilitatem, quàm ſui reuerentiam, & maieſtatem. 612.65

Vade reconciliari fratri tuo. Qui vindictam in inimicos parat, multum alienus à filio Dei. 834.38.39

Vade reconciliari fratri tuo. Vult Deus vt noſtro proximo charitatem, ac miſericordiam impendamus. 230.69

Dominica 6. poſt Pentecoſten.

Matth. 8.

Cum turba multa eſſet, nec haberent, quod manducarent. Vide cap. 4. p. 56

Dominica 7. poſt Pentecoſten.

Matth. 8.

ATtendite à falſis Prophetis. Meminerat immediatè antea Dominus, vt per anguſtam portam intraremus; nunc verò monet vt à falſis Prophetis caueamus, & maximè cohærens cautio eſt, cum ſuperioribus; maximè enim ſocietas malorum nos ad perditionem ducit. 15.88.& 89.& 20.82.& 851.29

Attendite à falſis Prophetis. Dixerat Dominus ingrediendum per anguſtam portam, nunc præcipuum remouet impedimentum ab illius ingreſſu, vt cum hypocritis nullum habeamus commercium; nam per illos diabolus parat magnum bellum. 101.184.& 857.61

Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quod eſt valdè deploratum malum, cum qualis quis eſt in interiori, talis debeat apparere in exteriori. 415.59.60.61

Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quamuis veniant in veſtimentis ouium, intrinſecus ſunt lupi rapaces, & quocumque vadant ſecum deferunt ſuam malitiam, ac venenum. 240.59. & ſeqq.

Intrinſecus ſunt lupi rapaces. Cum vos ô diſcipuli mei, ac ſi dicat Chriſtus, ſitis veluti oues, hi falſi Prophetæ tanquam lupi rapaces, qui ex veſtra modeſtia peiores, ac impudentiores fiunt. 590.66. & ſeqq.

Intrinſecus ſunt lupi rapaces. De his falſis Prophetis ſemper Dominus loquitur in plurali, qui iniqui mente, ac opere contra iuſtos vniuntur. 820.13.14

Ex fructibus eorum cognoſcetis. *Signate*, ait Bernardus, *à fructibus dixit, & non ex foliis, non ex floribus ſed ex fructu bona arbor à mala dignoſcitur. Denique à fructibus ait cognoſcetis, opera ergo & non verba diſcernunt inter filios Dei, & inter filios diffidentiæ.* Ex operibus quiſque cognoſcitur. 96.146.& 513.150.& 653.64. & ſeqq.

Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Virtus maximè reſplendet, ac cognoſcitur in opere. 409.27

Omnis arbor, quæ non facit fructum. Non dixit, quæ non fecit, ſed quæ non facit de præſenti, non enim ſufficit ſemel, vel bis fructum facere, niſi perſeuerantiam habeas in illis. 635.75.76. & 877.86

In ignem mittetur. Syrus legit, *in ignem mittitur.* Minatur ſupplicium, quo homines fiunt cauti, vt mala fugiant. 44.15.16.& 809.7.8.& ſeqq.

In ignem mittetur. Vt illorum ſupplicium noſtra ſit diſciplina. 44.17.& ſeqq.& 836.49.& ſeqq.

Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine. D. Hieronym. *Non enim his accommodandam fidem*, ait, *qui cum polleant integritate doctrinæ malis operibus defluunt, vtrumque enim ſeruis Dei neceſſarium.* Non enim ex fide ſolum, ſed ex fide, & operibus bonis ſalutem conſequi debemus. 22.31.& 242.72.& 361.152.& 749.85. & 750.86.87

Dominica 8. poſt Pentecoſten.

Luc. 16.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum. Vide cap. 28. p. 522

Dominica 9. poſt Pentecoſten.

Luc. 19.

Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam. Vide c. 41. pag. 751

Dominica 10. poſt Pentecoſten.

Luc. 18.

Dicebat Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant. Vide c. 30. p. 565

Dominica 11. poſt Pentecoſten.

Marc. 4.

Exiens de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ. Vide c. 3. p. 42

Dominica 12. poſt Pentecoſten.

Luc. 10.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Et cur eos Sylueira in Euang. Tom. IV. non diceret beatos, qui Chriſti præſentia fruebantur, cum à Domini præſentia veniat omne bonum. 71.94.& 264.122.123

Multi reges, & prophetæ, Beda. *Mathæus*, ait, *apertius prophetas, reges, & iuſtos appellat, ipſi enim ſunt reges magni.* Iuſti, etſi eos mundus habeat in contemptu, in magno tamen honore ſunt apud Deum, vt reges dicantur. 544.36.37

Ecce iuriſperitus tentans illum; dicens Magiſter. Sub blandis verbis venit Legiſperitus, vt grauiſſimum malum infligat. 584.34.35

Ecce iuriſperitus tentans illum, dicens Magiſter. Doctor legis erat, & tamen Chriſtum Magiſtrum vocat, pro ſalute animæ omnia ſunt contemnenda. 127.80. & ſeqq.

Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo. Maximam ſalutis auiditatem oſtendit, obiecto virtutis prætextu, ſæpè turpiſſimum facinus agrediuntur homines. 685.36. & ſeqq.

Diliges Deum ex toto corde tuo. Deus ex tota mente, ac corde diligendus, itaut Deus totum cor ſimul poſſideat, & minimè inter ipſum, ac mundum diuidatur. 411.40. & ſeqq. & 607.29. & ſeqq.

Diliges Deum ex toto corde tuo. Verus enim amor ſolum Deum appetit, & deſiderat. 822.29. & 823.30

Diliges Deum ex toto corde tuo. Verus amor ſolum diligit Deum, & non dona eius. 521.198. & ſeqq.

Et proximum tuum ſicut te ipſum. Vt Deum amemus, amemus & proximum, miſericordiam illi impendentes. 228.61.62

Ille volens iuſtificare ſeipſum, ait: quis eſt meus proximus. D. Cyrillus, *Laudatur iuriſperitus à ſaluatore, quod rectè reſpondit, in ſuperbiam prorumpit, nullum putans ſibi proximum eſſe.* Nam vt ait Apoſtolos, doctos ſcientia inflat; pauca ſcilicet. 5.23

Homo deſcendebat de Ieruſalem in Iericho. D. Auguſt. *In latrones incidit, qui deſcendit, Angelis occurrit, qui aſcendit.* Qui deſcendit à virtute, à Ieruſalem nempe, in multa mala, ac peccata incidit. 18.101.& 174.20.21

Similiter & Leuita pertranſit. Sacerdos pertranſiuit, non impenſo beneficio, ſimiliter & Leuita. Superiorum mores, inferiores ſequuntur. 15.85.& 207.1. & 366.22.& 543.30

Similiter & Leuita. Pertranſeunt Sacerdos & Leuita, quæ ob muneris obligationem, maiora præſtare tenebantur. 506.107.108

Videns eum miſericordia motus, manum admouet, medicum agit, obligat vulnera, parum eſt miſericordiam, & humanitatem affectu oſtendere, effectu nempe, ac operibus eſt declaranda. 645.18. & ſeqq.

Videns eum miſericordia motus. Nulla dicit verba, ſed medicamina adhibet, non ſunt neceſſaria, verba quando adſunt opera. 653.64.65.66

Dominica 13. poſt Pentecoſten.

Luc. 17.

TRanſibat Ieſus per mediam Samariam, & Galilæam, occurrerunt ei decem viri leproſi. Vide cap. 13. p. 231

Dominica 14. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 6.

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire. Verus Dei ſeruus, eius tantum laudi, & gloriæ ſtudet, omniáque ſua ei tantum refert. 239. 54. & 299. 84.85. & 628. 22

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Dei ſeruus, Deo ſe totum in omnibus mancipat, & minimè patitur diuidi inter Deum, & mundum. 411.40. 41. 42. & 607. 29. & ſeqq. & 822. 27

Nemo poteſt ſeruire Deo, & mammonæ. Nam ſeruire captiuitas eſt. 222. 16. Seruire autem Deo libertas, & gloria eſt. 739.18.& ſeqq.

Nemo poteſt ſeruire Deo, & mammonæ. Dei obſequio ſunt omnia bona, in mundi verò ſeruitute omnia mala. 495. 47

Nemo poteſt ſeruire Deo, & mammonæ. Nam vbi auaritia regnat, eſt mœſtitia, vbi verò Deus, lætitia, & exultatio. 399. 41

Nemo poteſt ſeruire Deo, & mammonæ. Qui Deo ſeruit, ipſum ſolum vt ſupremum numen venerat; qui ſeruit mammonæ,pecunias, vt diuinum numen recolit. 394. 7

Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ. Humana ſolicitudo, ac cupiditas nulla re, nullóque principatu quieſcit. 191. 23.& ſeqq.

Ne ſoliciti ſitis. Admonet à nobis eſſe remouendam omnium temporalium ſolicitudinem, ac curam, nam terrena cupiditas nullis terminis eſt contenta. 428. 24.25

Ne ſoliciti ſitis. Anima,quæ Deum quærit omnia temporalia contemnit, ac à ſe dimittit. 509. 128. & ſeqq.

Ne ſoliciti ſitis. In hac cogitatione, ac animo contemnendi, potiùs affectus, quam cenſus penſandus eſt.606.20.21

Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Dei prouidentia nos cuſtodit ab omni malo, & vſque ad minima ſe extendit.174.19.& 625. 14. 15. Diuina prouidentia ſupra omnem humanam ſolicitudinem. 174. 19

Scit Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Cùm ſit Pater ſuorum videt neceſſitates, vt illis ſubueniat. 61.28.32. & 388.26

Quærite ergo primum regnum Dei. Qui cœleſtia intendit, terrena contemnit. 196. 57. 58. & 245. 16. & 575. 56.57.58

Dominica 15. *poſt Pentecoſt.*

Luc. 7.

IBat Ieſus in ciuitatem Naim. Poſt collatam puero Centurionis ſanitatem in ciuitatem Naim proficiſcitur Dominus, vt ibi mortuum adoleſcentem ſuſcitaret, vnum Dei beneficium multa ſecum affert. 46.34.& ſeqq.& 62.33.34. & 343.35

Ibat Ieſus in ciuitatem Naim. Conceſſa ſanitate puero Centurionis ad ſuſcitandum adoleſcentem tendit Dominus, maius enim miraculum eſt, à morte reuocare eum, quia iam obierat, quam morbo correptum ſanitati reſtituere; docens nos vt ſemper noſtra opera ad maiora, ac excellentiora tendant. 117. 25. & ſeqq. & 370. 43. & ſeqq.

Cùm appropinquaret portæ ciuitatis. Non caſu, vt primo aſpectu poterat videri, acceſſit,ſed diuino conſilio, vt obuiam mortuo, qui efferebatur, iret, Dei beneficia, non à caſu, ſed alto conſilio veniunt. 371.51.52.53

Ecce defunctus efferebatur. Apud multas nationes, penetralibus multis latitant reges, at communiter apud Gentes defunctus effertur in publicum, vt mors ante oculos poſita, ſui memoriam, ac recordationem excitet. 350. 90. & ſeqq. & 529. 41. & 675.204

Ecce defunctus efferebatur. Particula illa, *Ecce*, admirationis eſt, tanquam quid nouum denotans; ſic diabolus ſtudet mortis memoriam in hominibus abolere, vt illis tanquam quid nouum videatur. 399.40

Ecce defunctus efferebatur. Moritur in flore ætatis, quando magis delitiis indulgetur. Mors ſæpè inopinatè venit, ac in viriditate annorum. 423.115.116. & 424.124

Cùm vidiſſet eam. Qui neceſſitate videt, miſeretur. 340. 17

Cùm vidiſſet eam miſericordia motus. Ait illi noli flere, verbis conſolatur, & reſuſcitato filio lætificat, afflicti, ac miſeri adiuuandi ſunt verbo, & opere. 45. 21.22

Adoleſcens tibi dico:Surge. Non expectat Dominus preces matris,vel concomitantium, ſed abſque illis dat beneficium,vt vndique eſſet magnum. 131.3. & 491. 18

Adoleſcens tibi dico: Surge. Vt vidit, ac miſericordia motus, abſque vlla dilatione iuueni dat vitam, nam beneficium citò datum magnum, & gratum eſt. 139.57.& 225.41

Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Titus: *Indicia ſunt veræ reſurrectionis, corpus enim exanime loqui non poterat, nec reportaſſet mulier ad domum defunctum filium.* Vult Chriſtus, vt ſua miracula ſint omnibus nota, & ſuſpicione careant. 66. 61. & ſeqq.

Et cœpit loqui. Quid locutus fuerit, non exprimitur, pro certo habendum, quod in gratiarum actionem prorupit. Illico Deo gratiarum actiones referendæ. 238. 50.51.52.& 230. 75. & 231. 76.77

Dominica 16. *poſt Pentecoſt.*

Luc. 14.

Factum eſt cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis. Vide cap.23. p.425

Dominica 17. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 22.

Interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor. Vide cap.46. p.819

Dominica 18. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 9.

TRansfretauit in ciuitatem ſuam. Vt in patria præſentia deſtrueret vitia.293.43.44. Omnéque bonum in eam deſcéderet.264. 122.123

Ecce offerebant ei paralyticum. Paralyticus Chriſto offerebatur; ſi Chriſti præſentia non caruiſſet, fortè in paralyſim peccatorum minimè incidiſſet, ex quo colligant Præſules, quam noxium ſit ouibus ſuorum paſtorum præſentia deſtitui. 493. 28. & 507. 117. & 785.50

Videns Ieſus fidem illorum. Magna fides baiulan-

tium fuit, Deóque gratiſſima, quia ſimul ipſa fides in terra non fuit operibus deſtituta, ſed ſimul cum illis coniuncta. 18. 3. & 236. 32. & 361.152. & 70.85.86.87

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Multam humilitatem in verbis oſtendit,cum hominem deſpectum, ac humilem filium dicit, vt notauit D. Hieron. tamen multam poteſtatem in factis oſtendit, cum dicit, *Remittuntur tibi peccata tua.* In verbis humilitas, ac demiſſio, in factis poteſtas,& excellentia. 674. 193 & ſeqq.

Remittuntur tibi peccata tua. Prius remittit peccata, & poſtea ſanat, vt ſanitas conferatur, radix, ac origo mali amputanda. 194. 43. & 405. 8

Remittuntur tibi peccata tua. Paralyticus iſte corporis, ac animæ infirmitate premebatur,ſolum tamen corporis ſanitatem quærunt homines offerentes, animæ verò obliuiſcuntur; mundani ſolum temporalia cogitant, ſpiritualia verò contemnunt. 281.63.& 400.48.& 424.122

Remittuntur tibi peccata tua. Non ait remitto, ſed per tertiam perſonam remittuntur tibi, vt humilitatem commendaret, & iactantiam cauendam doceret. 179.52. & 413.49. & 577.71.72. & vt ait Abulenſis nolebat ore ſuo ſe laudare. 94.138.139. & 428.23

Remittuntur tibi peccata tua. Ioannes Epiſcopus citatus in Catena Græca. Hæc audit paralyticus, & tacet, nec vllam rependit gratiam; quia plus corporis, quàm animæ tendebat ad curam: ſed verè ratione carens erat, cum pro ſalute animæ omnia ſint contemnenda. 127. 80.81.82

Quidam ex Scribis dixit, hic blaſphemat. Ex liuore in Chriſtum dixit hoc Scriba. Inuidus nullis miraculis frangitur. 356.123. & aliorum illuſtria facta, exigua iudicat. 82.54.55.56

Hic blaſphemat. Qui virtute fulget contra inuidiam armetur. 406. 11. 12. 13. Nam alterius gloria, mag[illegible]m inuido tormentum. 552. 85. & 681. 15.16. & 637.94

Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Citatus Ioan Epiſcop. *Vade in domum tuam, ne Chriſtiana fide curatus moriaris in perfidia Iudæorum*, malorum ſocietas vitanda, maximè enim pernicioſa eſt. 3.8.& 16.89.& 212.35.36. & 175.27.28

Dominica 19. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 22.

Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Vide cap.44. p.793

Dominica 20. *poſt Pentecoſt.*

Ioan. 4.

VEnit iterum in Cana Galilææ. Vbi nimirum primum miraculum in nuptiis fecerat, ab ipſo primo miraculo, ab ipſoque primo beneficio procedit ad aliud faciendum. 46. 34.35. 36. & 625. 19. & 628. 35. & 214. 45. & 218. 72. & 480.62

Venit iterum in Cana Galilææ. D.Chryſoſt hom.32. in Matth. *Primò quidem Dominus in Cana Galilææ venerat vocatus ad nuptias, nunc autem ad eos vadit.* Chriſtus Dominus quærit homines, vt ei ſua dona conferat. 378. 97. 98. & 416. 68. & 471.7

Erat quidam Regulus. Quem infirmitas filij ad Deum trahit; ſæpè infirmitas Deum quærere facit. 457. 115. 116.117. & 500. 76. 77.78

Rogabat eum. Sciebat quod propria miſeria diuinam pietatem allicit ad miſerandum. 174. 19. & 61.28

Rogabat eum, vt ſanaret filium eius. Non alios rogabat, niſi tantum Chriſtum Dominum; nam neceſſitas ei aperienda, qui remedium valet conferre. 21. 24

Rogabat eum, non aliquem ex ſuis aulicis, magna enim non per miniſtros, ſed per ſeipſum exequatur Dominus. 473.16.& 631.51

Niſi ſigna, & prodigia videritis. Antequam filium ſanitati reſtituat, prius curare ſtudet patrem, occurrens morbo illius animæ, priuſque vult hominis animam curare, quam potentiam, ac maieſtatem declarare. 425.4. & 430. 38.39

Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis. Cum tamen ipſa fides certior ſit omni cognitione, ac corporali viſione. 564.164. Et etiam magna fides contrario euentu corroboretur. 647. 29. 30. & 648.31.32

Deſcende priuſquam moriatur filius meus. Pro feſtina beneficij exhibitione rogat, nam beneficium citò datum magnum,& gratum. 139.57. & 224. 38

Vade, filius tuus viuit. D. Gregor. homil. 12. in Matth. *Hic ſuperbia noſtra*, ait, *retunditur. Redemptor etenim noſter,vt oſtenderet, quoniam quæ alta ſunt, hominibus Sanctis deſpicienda, & quæ deſpicienda,ſicut hominibus deſpicienda non ſunt Sanctis,ad filium Reguli ire noluit, ad filium autem Centurionis deſcendit.* Reiecta ſuperbia humilitatem ſectemur. 436. 68. 69.70

Hora ſeptima reliquit eum febris. Beneficium opportuno tempore datum, valde gratum. 248. 28. Et etiam in ingenti neceſſitate conceſſum. 62. 37

Credidit ipſe, & domus eius tota. Subditi ſui Principis, ac Domini exemplum facilè ſequuntur. 116. 20. & 117. 71. & 207.1. & 372. 58.59.60. & 543. 30

Dominica 21. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 18.

Simile eſt regnum cœlorum homini, regi: qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Vide cap. 12. p.219

Dominica 22. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 22.

Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. Vide c.45. p.809

Dominica 23. *poſt Pentecoſt.*

Matth. 9.

ECce Princeps vnus acceſſit ad Ieſum, & adorabat eum. Petens venit adorans. 24.47

Ecce Princeps vnus acceſſit ad Ieſum. Princeps erat, & tamen petebat, valde enim durum viro ingenuo petere. 530. 53.54. & 705. 65. tamen propria neceſſitas eum vrgebat. 44. 20

Ecce Princeps vnus ad Ieſum acceſſit. De Chriſtianorum ſpiritu agebatur Princeps iſte, cum aduenıſſet orans, ac humilians ſe ad pedes Ieſus; oratio cum humilitate valde efficax. 31. 97.98.99. & 41.161.162

Filia mea modò defuncta eſt. Puella erat in flore ætatis,& moritur;frequenter etiam adoleſcentes in iuuentutis vigore mors aggreditur. 423. 116. & 424.124

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum. D.Remigius, *Miranda pariter, atque imitanda Domini humilitas, & manſuetudo, nam mox vt rogatus eſt rogantem cœpit ſequi.* Eximia Domini humilitas, vt etiam elegerit, extremum, & nouiſſimum locum tenere. Sequens hominem. 435.61.62.63

Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, acceſſit retro. D. Remigius, *In quo*, ait, *laudanda eſt eius humilitas, quia non ad faciem acceſſit, ſed retro, & indignam ſe indicans pedes Domini tangere, non plenitudinem veſtimenti tetigit, ſed tantum fimbriam.* Qui ex humilitate nullius meriti ſe exiſtimat, amplioribus donis cumulatur à Deo. 437.73.74.75

Qui me tetigit. Quamuis Deus ſe velit occultare, vera fide inuenitur. 222. 17

Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Fides omnia impetrat, nihil illi denegatur. 39.152.& ſeqq.

Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Rabbanus, *Quid eſt*, ait, *quod eam confidere iuſſit, quæ ſi fidem non haberet, ab ea fidem non quæreret? Sed robur, & perſeuerantiam fidei ab ea expoſtulauit, vt ad veram, & certam perueniat ſalutem.* Perſeuerantia coronat virtutes, & illâ omnia bona impetrantur. 636. 87

Et cum veniſſet Ieſus in domum Phariſæi. D. Chryſoſtom. *Conſiderandum*, ait, *quod propter hoc tardius vadit, & plura loquitur mulieri curatæ, vt permittat mori puellam, & ſic manifeſta ſit reſurrectionis demonſtratio.* Vult Deus, vt eius miracula ſint omnibus nota ſine vlla ſuſpicione. 66. 60: 61.62

Et vidiſſet tibicines. Olim in funere adhibebantur tibicines, ac proinde adulatores ſignificant, qui ſuauiter canere videntur, & mortem adeſſe ſignificant. 584. 34.35

Et deridebant eum. Licet Dominus derideatur, à propoſito tamen non deſtitit, vt nos ſuo exemplo erudiat, ne quolibet obiecto impedimento ab opere bono auocemur. 148. 125. & 580. 10.11. & 671. 175

Et ſurrexit puella. Cur eiicit turbam cum hanc puellam ad vitam intendit reuocare? Vt nos doceat oſtentationem, ac iactantiam bonorum operum euitare, ac fugere. 179. 52. & 413. 49. & 677. 216

Dominica 24. poſt Pentecoſt.

Matth. 24.

Cùm videritis abominationem deſolationis. Vide cap.49. p.847

F I N I S.

INDEX

Locorum S. Scripturæ, quæ in hoc quarto Tomo continentur.

Prior numerus paginam deſignat: Poſterior eſt marginalis.

VETVS TESTAMENTVM.

Ex Geneſi.

Capvt. Primvm.

n.1. IN principio creauit Deus cælum & terram. 247. 26
2 Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. 865.9
3 Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux. 288.16. & 409.29
4 Diuiſit lucem à tenebris. 135.61
5 Factum eſt veſpere,& mane dies vnus. 580. 9
10 Vocauit Deus aridam terram; congregationéſque aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod bonum eſſet. 781. 18
11 Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum. 750.86
12 Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum. 895.25
15 Dixit Deus: fiant luminaria vt luceant in firmamento cæli. 544.37
16 Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento. 871. 52
18 Replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus,quæ mouentur ſuper terram. 586. 43
22 Benedixit eis dicens: creſcite, & multiplicamini,& replete aquas maris. 421. 103
26 Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 20.21. & 371. 52. & 626. 24. & 911. 12

Cap. II.

n.2. Requieuit Deus die ſeptimo, ab vniuerſo opere quod patrarat. 708. 80
3 Benedixit diei ſeptimo,& ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo. 421.103.& 430.34
4 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. 90. 113
7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,& factus eſt homo in animam viuentem. 345. 53. & 423.120
8 Plantauerat autem Dominus paradiſum voluptatis. 625. 16
14 Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates. 288.17
16 Vt operaretur,& cuſtodiret illum. 781. 19
17 Ex omni ligno paradiſi comede. 199. 79
19 Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus, & vniuerſis volatilibus adduxit ea ad Adam. 97.155. & 365.14. & 719. 33
21 Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam. 350. 91
22 Tulit vnam de coſtis eius. 763. 28
24 Propter hanc relinquet homo Patrem & Matrem, & adhætebit vxori ſuæ. 587. 53

Cap. III.

n.1. In quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij. 812. 29
6 Deditque viro ſuo,qui comedit & aperti ſunt oculi amborum. 450.76
8 Cumque audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini. 344. 41. & 498. 64. & 15.84. & 404. 76. & 67.68. & 582.23
10 Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eo quod nudus eſſem. 487.96. & 454.98
13 Quare hoc feciſti. 315. 31
14 Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. 499.73
17 Maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. 221. 15.& 644. 9
18 Spinas, & tribulos germinabit tibi. 525. 18.
comedes herbam terræ. 199. 79
20 Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater cunctorum viuentium. 557.121.& 294.58.& 97.157
24 Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flameum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. 416. 71.& 193.35.& 365.13.& 390. 37

Cap. IV.

n.1. Poſſedi hominem per Deum. 97. 154. & 581. 19
2 Rurſum peperit fratrem eius Abel. 218. 76
3 Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Caïn de fructibus terræ munera Domino; Abel quoque obtulit. 719. 28